

Theologiæ Spiritualis Scholasticæ Et Moralis Tomvs ...

Ad Mentem Doctoris Subtilis Joannis Duns Scoti D. Augustino Conformem

In quo tractatur de Intellectu & Scientia Dei, ejusque Objecto. Item de
voluntate & volitione Dei, ejusque Objecto

Bosco, Jean a

Antverpiae, 1686

Concl. I. Potest Deus velle mihi bonum temperantiæ, in quantum est tale
bonum, quod velle est proprius actus Temperantiæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73680](#)

CONCLVSION I.

Potest Deus velle mihi bonum temperantiae, in quantum est tale bonum, quod velle est proprius actus Temperantiae.

2.
Spes Theo-
logica non
est in Deo.

Charitas
est.

Probatur,
nullas esse
virtutes
morales in
Deo.

Rejicitur
probatio ex
Felice.

Deus gan-
des libertate
moralis.

3.

Potest poni
in Deo ratio
virtutum
moralium
en Scoto.

Angelus
potest mihi
velle bonum
temperan-
tiae.

Probatur
ex Scoto.

Constat satis Spem Theologieam non esse in voluntate divina, cum sit prius seipius amoris summi boni seu beatitudinis obtenuit; beatitudine autem est essentia temperantiae, & voluntas Angelorum non est necessaria in voluntate, sed etiam alteri (& hoc non est bonum, sed in quantum voluntatis, & quoddam proprium) est quadam perfectio perfecta; igitur potest sibi competere habitus, quo vellet mihi bonum temperantiae, in quantum est mihi bona conveniens; & habitus iste non potest dici charitas, quia, ut dictum est, iste habitus non est tantum bonus, ut quoddam ordinatum ad diligendum Deum; sed sub ratione propria bonitatis in eo: nec est aliud habitus, quam temperantiae; quia per mihi, & tibi, non varia tur ratio formalis habitus: igitur sicut habitus temperantiae formaliter eligo mihi hoc bonum, ita habitus ejusdem rationis potest mihi libenter velle hoc bonum: ergo etiam Deus; & eum minus in Deo illud velle erit actus temperantiae, quam in Angelis.

Respondet Smis. tr. 3. disp. 4. n. 26. ubi docet, re-

riorem esse sententiam communem negantem,

esse propriam, & formaliter temperantiam, & ob-

jectum in Deo; responder, inquam; quia ad

rationem virtutis temperantiae, & fortitudinis re-

quiritur, ut inclinet ad eligendum medium illu-

rum virtutum, propter ipsum: ergo non haber

virtutem temperantiae & fortitudinis.

Major probatur ex Aristotele 2. Ethic. 4. ubi disserit afflans inter artem, & virtutem ho-

moram, ait: Ea, qua ab artibus sunt, bonum ipsam al-

in seipso habent. Sufficiat igitur, si ipsa aliqua mea

se habentia sunt (id est, materialiter sunt facili-

erunt artis regulas, etiamque artifex id non inten-

dat; sed forte cum distractione opus rite perficiat.) At ea, qua a virtutibus sunt, non sunt, aut tem-

perante aguntur, si sunt justitia, aut temperantia; sed si &

agens sic se habens agat; primo quidem, si sciens inde, si eligens propter ipsa; tenui, si firmo anima &

immutabiliter agat; ac si dicat, non solum quidam

vellet utrare inefficiaci, seu simplici complacientia,

sed absoluta & efficaci voluntate, quae de le, seu

ex modo tendenti in objectum, stabilis & firma

est. Quae quidem conditions (inquit Theod.

sup. n. 25.) manifesta sunt; nam si opus non fit

scienter, non fit liberum; ad virtutem autem li-

bertas requiritur. Rursus, Si justitia, aut tem-

perantia, non sicut propter ipsum justitia, & tem-

perantiae honestatem, aut fit absque intentione

honesti, ob utilitatem, aut commoditatem, de-

lectationemve, & sic non est opus ullius virtutis,

quia virtutis motivum honestas est; aut si propter

honestatem alterius virtutis, quam tem-

perantiae, aut justitiae, v.g. si quis temperate vivit,

ad satisfactendum pro sui peccatis; debita redi-

dat ad vitandas lites; & tunc opus temperantiae

ad virtutem penitentiae, non ad temperantiam

pertinet; & opus justum ad charitatem, seu

amicitiam, non ad justitiam. Sic ille. Igitur Ma-

ior satis patet.

Minor autem colligitur ex dictis (Sect. 1.

Concl. 1.) de primario voluntatis divina obje-

cto: nam dictum est, Deum quidquid extra

vult, velle primum & immediate propter seipsum,

se propter divinam bonitatem absolute, qui est pro-

fectus virtutis divinae charitatis. Quare con-

cludit Theod. sup. n. 26.) hon ex temperantiae,

aut fortitudinis virtute vult, nos temperantiae,

non in parte sensitiva, igitur in alia.

Si Angelus possit mihi velle bonum temperantiae (idem est de bono fortitudinis, & justitiae) quod velle est proprius actus temperantiae; quidam idem dicendum sit de Deo? Porro quod Angelus id possit, probat Scotus ibidem, dicens:

Omnem voluntatem, non necessariam carentem perfectione convenientie voluntati, convenit habere quamcumque perfectionem voluntatis, velle autem bonum circa

& fortius agere; sed ex virtute charitatis
divina. Et ecce germana ratio (ut eam vocat d.
Auctor) propter quam oppositum nostrae Con-
clusi, verius cenfet; estò Conclusi nostra non
sit improbabilis, juxta eundem. Imò Joan.
Poncius in suo Cursus Theologico disp. 6. nu-
29. ait, eam esse communiorum inter Theolo-
gos; Non repugnat (inquit) Deo exercere a-
cùm virtus moralis alieius, ex ratione virtu-
tis moralis ut sit. Hæc (Conclusio) est commu-
nior inter Theologos. Sic ille. Et si vera est,
corruat germana ratio Theodori pro sententia
opposita. Veram autem esse, probat Poncius
sup. quia si repugnaret, maximè propter ratio-
nem dubitandi p̄missam, quia repugnaret ipsi
aliquid velle, nisi propter semetipsum, & eo ipso,
quod sic omnia velleret, non exerceret actum vir-
tutis moralis; sed hoc non impedit, quod minus
possit exercere talum actum; ergo &c. Proba-
tur Minor, in qua sola est difficultas: quia in
objeto virtutis moralis sunt duas bonitates;
una est honestas ipsiusmet virtutis, altera est
referibilitas ipsius ad Deum, quarens bonitas
ipsius est placens Deo, & cedens in honorem
& laudem ejus: nihil autem impedit, quod mi-
nus Deus velit illud objectum propter utram-
que bonitatem; & si faceret, verum esset, quoddam
vellet illud objectum formaliter propter semet-
ipsum, & hoc non obstante velleret ipsum etiam
propter honestatem virtutis moralis: ergo non
obstante, quod Deus debeat velle omnia pro-
pter semetipsum, non sequitur, quia exerceat et-
iam actum virtutis moralis. Ita Poncius.

6. Igitur Deus potest velle actum temperantiae,
& formaliter propter ipsum, sive propter ho-
nestatem temperantiae, & simili formaliter pro-
pter ipsum, sive propter suam bonitatem in-
nitam. Sic enim viri perfecti, tametsi omnia
opera sua faciant ex charitate divina, neque fa-
ciant in naturali morum honestate; non tamen
poteret destituuntur propriâ virtute tempe-
rantiae, aut fortitudinis. Unde & Theologi
communiter docent. Martyrium esse opus for-
titudinis, & charitatis; contritionem de peccati-
bus opus penitentiae, & charitatis; eleemosy-
na posse esse opus misericordiae, & charita-
tis. Docent etiam: opus bonum tantò melius
esse (ceteris paribus) quod à pluribus virtutibus
proficitur, ubi haud dubie charitatem non
excludunt; quin imò quasi essentialiter inclu-
dunt, dum sibi in honestate virtutis moralis,
dicunt vitiosum esse; juxta illud D. August. lib.
83. qq. q. 30. *Omnis humana perversio est, quod
etiam vitium vocatur, friendi uti velle, atque uti
tendit frui.* Velle autem bonum virtutis mora-
lis, propter ipsum, nec in altiorem finem illud
referre, est frui re utendum; quia ut docet ibi-
dem Aug. & aliis pluribus locis, frui est amore
alii rei inhærente propter seipsum; uti verò,
referre quidquam ad illud, quo friendum est;
& ita solo Deo uno & trino friendum, crea-
turus utendum esse ait: quare veille bonum
moralis virtutis, propter ipsum, nec illud in
Deum referre, est frui re utendum, cum illud bo-

num creatum sit.

Unde consequenter Aug. multis in locis ex-
preslè docet, virtutes morales non esse appe-
tendas propter seiphas, ut lib. 19. de Civit. c. 25. An virtu-
tes morales
posint ap-
peti propter
seiphas.
ubi ait: *Licet à quibusdam tunc vera, atque hone-
ritate putentur esse virtutes, cum referuntur ad seiphas,*
*nec propter aliud expectuntur, etiam tunc inflata ac
superba sunt, & ideo non virtutes, sed virtus judican-
da sunt. Item lib. 4. contra Julianum c. 13. Si
(inquit) ad consequandam veram beatitudinem ni-
bil profundit homini virtutes, nullo modo sunt vera
virtutes. Ad illam autem non prosunt, nisi re-
ferantur in Deum. Et ideo lib. de Moribus
Eccles. c. 15. in principio: *Si, inquit, virtus ad bea-
tam vitam nos ducit, nihil omnino esse virtutem af-
firmaverim, nisi summum amorem Dei &c.* Ubi af-
firmat virtutem esse amorem summi boni, &
per illum amorem virtutes definiendas esse. Et Amor sum-
mi boni ut
passim docet, nullum opus esse bonum & vir-
tus est cha-
rismatum, nisi sit ex fide per charitatem operan-
tes; atque ita intelligit illud Pauli ad Rom. 14.
v. 23. *Quod non est ex fide, peccatum est:* Vide il-
lum lib. 4. contra Jul. cap. 3. in Psal. 31. lib. 1.
de nupt. & concup. cap. 3. Epist. 143. lib. de
Grat. & libero arbit. cap. 18. & lib. de Grat.
Christi, c. 26. Propter quæ Magist. Sent. lib. 1. Magist.
Sent.
dist. 1. in fine, tamquam sententiam August.
tradit, virtute friendum non esse, sed utendum;
eamque propter Deum appetendum, non pro-
pter se tantum. Ergo unde vitium nascitur, inde
sumit secundum Smis. ratio virtutis, quod
absurdum est.*

Hanc impugnationem suæ doctrinæ non 8.
ignoravit ipse, sed eisdem fere verbis proposuit Dupliciter
potest exer-
ceri opus
temperan-
tiae ex cha-
ritate.
sup. n. 27. & quid putatis, cum respondisse? Ad primum ait: ex charitate divina posse du-
pliciter exerceri opus temperantiae, & fortitudi-
nis, aut cuiuscumque alterius virtutis mora-
lis, primò elicitive, secundò imperativè. Elici-
tive, quandò actus voluntatis, quo quis eligit Quando
exerceatur
elicitive.
medium virtutis moralis, est elicitus à chari-
tate, ed quod medium virtutis moralis sit
volitum propter Deum ut sic: sicut enim om-
nia alia sunt referibilia in Deum ut sic; ita
etiam medium virtutis moralis; atque ita
charitas ratione hujus motivi universalis po-
test actu à se elicito illud medium in
Deum ut sic referre, & illud eligere propter
Deum sic spectatum. Imperativè vero, quan-
dò actus, quo quis eligit medium virtutis mora-
lis, est imperatus à charitate: potest enim Quando
imperativè.
voluntatis per charitatem non solum velle
materiam virtutis moralis, seu medium talis
virtutis; sed etiam actum virtutis moralis
circa tale medium, sub propria honestate spe-
ctatum; quemadmodum velle potest actus a-
liorum habituum, & potentiarum naturalium:
atque ita potest per actum charitatis imperare
actus aliorum principiorum, ipsi voluntati sub-
ordinatorum.

Quo posito, dicimus ad objectionem, 9.
non esse necesse, quod opus fortitudinis,
aut temperantiae, à viris perfectis exer-

Nn 2. citum

Tomus I.

Actus temperantiae potest esse elicitive à propria virtute temperantiae, aut fortitudinis elicitivè; ex charitate vero imperativè; & licet tune actu charitatis referatur in Deum, tamen proprio actu temperantiae, aut fortitudinis, non refertur in Deum; sed hic actus sicut in propria honestate temperantiae, aut fortitudinis. Dixi: posse esse à propria virtute temperantiae, aut fortitudinis; non autem dixi, semper esse; qui potest etiam esse à sola charitate; estque tune à sola charitate, quando non elicetur ob propriam honestatem; sed solum propter Deum ut sic: quo posteriori operandi modo operans minus meretur, ceteris paribus, quam priore modo; nam in priori est duplex actus meritorius, unus elicitus à charitate, alter in statu gratiae elicitus à virtute temperantiae, aut fortitudinis; cum in posteriori modo tantum sit unus actus meritorius, nempe à charitate elicitus. Huculque Smilung, satis diffusus, & satis verè; sed non solvit difficultatem.

Enimvero non quæritur, quomodo viri perfecti possint exercere opus temperantiae, aut fortitudinis ex charitate, & simul exercitum esse à propria virtute temperantiae, aut fortitudinis; sed, eo supposito, disputatur, cur eodem modo id non possit fieri in Deo. Cur, inquam, pugnet, ut aliquis actus divinitat voluntatis, formaliter consideratus, feratur in alia bona. Cùm enim (inquit Poneius sup. num. 30.) objectum ipsius sit propter se volibile, nihil impedit, quod minus voluntas divina aliquo actu velit ipsum propter se: nam licet videatur perfectius, ipsum velle propter Deum, quam propter se; tamen hoc non tollit, quia si perfectum velle ipsum propter se; sed arguit, quod Deus velit etiam ipsum propter Deum.

Non repugnat, ut aliquis actus divinitat voluntatis, formaliter consideratus, feratur in alia bona. Cùm enim (inquit Poneius sup. num. 30.) objectum ipsius sit propter se volibile, nihil impedit, quod minus voluntas divina aliquo actu velit ipsum propter se: nam licet videatur perfectius, ipsum velle propter Deum, quam propter se; tamen hoc non tollit, quia si perfectum velle ipsum propter se; sed arguit, quod Deus velit etiam eas in semetipso cognoscet; ita planè in proposito dicendum.

Talium ab aliis nullam involuit imperfectionem, nisi negati- trum. Enim, ut multi docent, perfectius Deus cognoscit creaturas in seipso, quam in ipsomet creaturis; hoc tamen non impedit, quod minus Deus cognoscet eas in seipso; sed bene arguit, quod Deus etiam eas in semetipso cognoscet; ita planè in proposito dicendum.

Et universaliter loquendo, quotiescumque sunt duæ perfectiones inæquales commissiles, quarum minus perfecta non involvit ullam imperfectionem, quam negativam, quod scilicet sit minus perfecta, quam altera, est perfectionis habere utraque; sed in voluntate Dei, quam amaret honestatem misericordiae propter ipsammet, non est ulla imperfectione alia, quam, quod sit minus perfecta ex ratione sua formalis, quam voluntio, quam veller illam honestatem, quatenus placet ipsammet Deo; ergo est perfectionis utramque ponere in ipso.

Probatur ultima Major, non solum exemplo scientiae Dei terminata ad creaturas, & in se ipso, & in ipsis etiam; & exemplo scientiae beatæ, & per se insulæ, quam de iisdem objectis habet Christus, ut communiter teneret, quamvis per se insula non sit tam perfecta,

quam beata; sed etiam, quia ex ipsammet operationibus divinis una ex ratione sua formalis altera est perfectior, ut intellectus voluntatis aut è contra. Haec tenus Poncius. Nisi ergo, liqua virtus ex sua particuli ratione involvit aliquam positivam imperfectionem, & cœpugnantiam cum infinita Dei perfectione, in ipso ponenda est. Ponenda igitur temperantia, & fortitudo; cum amare honestatem istarum virtutum propter se, solum sit minor perfectio, quam amare propter Deum, nullanque positivam imperfectiōnem involvant.

Quinimo, reponit quispiam, magnam imperfectionem involvunt; quia virtus moralis, ut sup. dictum est ex Aristotele, est habitus electivus medii à prudenter definiti in Deo non potest esse affectus boni à prudentia regulabilis, nam voluntas divina seipsum sumere electus, ergo non potest esse in ea virtus moralis, praesertim ea, quæ respicit medium rationis, ut est fortitudo, & temperantia, quidquid fit de stiria, quæ habet medium rei, de qua Concluſio sequent. Adde: quod virtus moralis versetur circa bonum honestum, arduum ac difficile, ut docet Aristoteles 1. Eth. 3. at bonus honestus non est Deo arduum & difficile. Et nunquid in Deo reperiuntur passiones, quas moderantur fortitudo, & temperantia? Claret, quod non. Sed hæc facilem habent solutionem. Ad primum sequendum respondet Smil. sup. n. 25. regulari per prudentiam, esse solum de ratione creaturæ virtutis moralis, non virtutis moralis ut sic; sed ad virtutem moralam ut sic sufficere, quod supponat speculativum prudentiam dictamen, & hoc erit in Deo reperiiri. Sie ille. Per accidens ergo est, quantum ad præfens, quod regulat distincta à regulato; dummodo tamen regula fit, quæ hic est voluntas Dei, habens aptitudinem, ut reguletur ab intellectu; & actu reguletur, si non esset prima regula, quod sufficit. Ad secundum consumiliter responderet Theod. sup. ex arditate & difficultate boni honesti, non sumi essentiam virtutis ut sic, sed ad fundatum creaturæ, & habitualis virtutis; quia haec arduitas & difficultas non fundatur in objecto, neque in per se principio operis honesti, sed in subjecto & principio operis honesti, quare non limitatum est vel impeditur, ne possit se falso & absque habitu superaddito, vel absque principio supplantare habitum prompte operari, circums tale honestum.

Id quod de virtute per ipsum opus virtutum declarari potest: nam ab arditate, & difficultate boni honesti, non sumitur effectus operis virtutis; ergo nec efficiens virtutis. Patet Antecedens; quia bonum illud potest esse arduum, & non arduum respectu duorum operum ejusdem speciei; quando enim quis acquirit habitum virtutis, respectu actus productivi habitus, objectum est arduum; quando autem jam quis uitio habitu acquisito respectu actus ut procedens à potentia habituata, objectum non est arduum, & illi actus sunt ejusdem essentie.

*Vna perfe-
tio divina
est perfe-
ctior altera.*

essentia & speciei. Aristoteles autem, quandò dixit, virtutem versari circa difficile, de virtute creata, & habituali locutus est, non de virtute ut sic. Ita præfatus Auctor. Consimiliter dico ego, non esse de essentia virtutis temperantiae, & fortitudinis, quod actualiter moderentur passiones; sed sufficiere, ut sine moderativæ passionum, & qua subiecto insint; unde quod subiectum habeat passiones, vel non, per accidens est ad rationem essentialem istarum virtutum. Obijicit præterea contra Conclus. nostram: Si ad temperantiam v. g. sufficeret, velle medium temperantia ut sic, vel in altero, sequeretur, matrem intemperanter viventem, modò velit filiam temperate vivere, habere virtutem temperantiae, quod est absurdum; quia sic quisque virtuosus est et virtuosus, volendo bonum virtutis, tunc in aliis. Respondeat Smiling. sup. n. 25. non sufficere ad rationem aliquius moralis virtutis, quod quis afficiatur quomodo cum illi bono honesto, quod est objectum ejus; sed requiri, quod absolute afficiatur tali bono propter ipsum, ut optimè docuit Aristoteles 2. Eth. 4. vide verba ejus sup. Jam autem mater intemperata, est velit bonum temperantiae in filia, non tamè vult propter ipsum, sed ut bonum filia est, qui affectus, si est virtutis aliquius, amicitia est, non temperantia; aut propter aliquod bonum utilie, aut comodum, vel delectabilis ipsi matri, & sic non est opus illius virtutis; sed amor mere naturalis, aut sanè pertinens ad naturalem charitatem erga seipsum.

Quod autem non velit bonum temperantiae propter ipsum, patet; quia si vellet illud propter ipsum, necessariò (quoad specificationem actus) vellet illud in quocumque subiecto capaci; jam autem mater intemperata non in quocumque subiecto capaci, quia non in seipso vult bonum temperantiae. At Deus videtur velle nobis inesse bonum temperantiae, & fortitudinis propter ipsum, seu propriâ ejus honestatem; idque scienter & efficaciter ex parte sua; vult ergo illud virtuosus, & non ex alia virtute, quam temperantia, & fortitudinis, ut ante probatum est. Hucque Smiling. Alii respondent: non esse inconveniens, quod mater sit intemperata respectu sui, & temperata respectu filia, sicut quis potest esse temperatus in cibo, & intemperatus in potu; idque, quia eadem virtus habet plures actus, & ita inclinare potest ad unum, & non alterum. Interim cum bonum constet ex integra causa, malum autem ex singulis defectibus, talis non possit absolutè & simpliciter dici temperans, seu virtuosus; sed potius dici debet intemperans seu virtuosus; & consequenter mater in eau propotio non virtuosa, sed quod filia optet temperantiam, sed potius virtuosa; quia respectu sui intemperans est, quæ non habent locum in Deo, ut patet.

Maneat itaque, Deum posse velle nobis temperantiam, in quantum est tale bonum, sive propter honestatem temperantiae; non quidem in ea sibi, sed eam ulterius referendo in infinitam Dei bonitatem, tanquam in ultimum

finem universæ creaturæ. Quamquam enim non sit imperfectum, susteri in ea, modo statim explicando; tamen perfectius est, eam per a-

et tale bo-
num.

cum positivum charitatis referre in gloriam Dei: Deo autem tribuendum, quod est perfectius. Quis porro sit ille modus, quo potest fieri in honestate temperantiae sine peccato, quidquid videatur in contrarium dicere D. Aug. jam edissero ex Theod. sup. n. 29. ubi in principio ait: quod quando quis vult medium temperantiae, aut fortitudinis, propter ipsum, non excludi altius motivum; sed solum non includi in tali modo voleandi, præcise spectato, quod non est vitiös frui mediæ honestatæ; quia solum est illo frui præcisiōne, non exclusiōne, ut sic loquerat: qui modus exclusiōne fruitionis tunc intervenit, quando quis eligit quidpiam sub ratione summi boni, seu non referibile in aliud bonum sublimius, sive expresse faciat hanc comparationem, sive interpretatiōne.

Modus, quo
potes fieri
in honestate
temperan-
tiae sine pec-
cato.

Smiling.

Faceret autem expressè, qui sumum bonum, ac beatitudinem in aliqua re creatura sum existimaret, prout variis Ethnici Philosophi existimarentur. Interpretative autem facit omnis mortaliter peccans, quatenus eligit bonum creatum modo incompatibili cum summi boni consecutione: quod etiam ad peccantem venialiter proportionate accommodari potest; quia vult bonum creatum modo differente & suspendente consecutionem ultimi finis; & sic aliquo modo, & secundum quid illo bono creatu fruatur exclusiōne. Et hunc modum fruendi bono creato, seu appetendi bonum creatum propter ipsum tantum, vitiosum esse, rectè docet Aug. & consequenter, etiam virtutem (quæ bonum quoddam creatum est) hoc modo appetere propter ipsum tantum, vitiosum esse, rectè pronuntiat: & eodem modo intelligendus est Magister. Appetere autem virtutem propter ipsum tantum præcisiōne, non judicat Aug. vitiosum; cum in infidelibus, qui non possunt ob sublimius motivum, quam propter honestatem propriam appetere moralem virtutem, veras virtutes admittat, lib. de Spir. & lit. cap. 27. ibi: *Si autem hi, qui naturaliter, qua legis sunt, faciunt, nondum sunt habendi in numero eorum, quos Christi justificat gratia: sed in eorum potius, quorum etiam impiorum, nec Deum verum veraciter justique colentium, quedam tamen facta vel legimus, vel novimus, vel audimus, qua secundum justitiam regulam non solum vituperare non possumus, verum etiam meritò recteque laudamus: quamquam si discutiatur, quo fine siant, vix inveniuntur, quo justitia debitam laudem defensionem mereantur. Vix, inquam, inventiuntur; quia communiter pravo fine vi-*

16.
Quid sit
eligere bo-
num crea-
tum sub ra-
tione sum-
mi boni.

Talus electio
est virtuosa.

Sacris appa-
tere virtu-
tem propter
ipsam tan-
tum præci-
sive.

S. Aug.

Et hunc modum fruendi bono creato, seu appetendi bonum creatum propter ipsum tantum, vitiosum esse, rectè docet Aug. & consequenter, etiam virtutem (quæ bonum quoddam creatum est) hoc modo appetere propter ipsum tantum, vitiosum esse, rectè pronuntiat: & eodem modo intelligendus est Magister. Appetere autem virtutem propter ipsum tantum præcisiōne, non judicat Aug. vitiosum; cum in infidelibus, qui non possunt ob sublimius motivum, quam propter honestatem propriam appetere moralem virtutem, veras virtutes admittat, lib. de Spir. & lit. cap. 27. ibi: *Si autem hi, qui naturaliter, qua legis sunt, faciunt, nondum sunt habendi in numero eorum, quos Christi justificat gratia: sed in eorum potius, quorum etiam impiorum, nec Deum verum veraciter justique colentium, quedam tamen facta vel legimus, vel novimus, vel audimus, qua secundum justitiam regulam non solum vituperare non possumus, verum etiam meritò recteque laudamus: quamquam si discutiatur, quo fine siant, vix inveniuntur, quo justitia debitam laudem defensionem mereantur. Vix, inquam, inventiuntur; quia communiter pravo fine vi-*

17.
An infideles
babuerint
aliaqua bo-
na opera.

S. Aug.

Et Epist. 130. laudat continentiam Polemonis, & ait (ut Quidam referunt ex Aug.) *Quod si fidem habuisset, ea continentia non solum ei ceperisset ad honestatem presentis vita; sed etiam ad meritum eternam. Hæc non sunt verba genina in libro, quo ego utor: sed sequentia: Quamquam ergo ille, sicut prudenter & veraciter*

intellexisti, non Deo fuerit acquisitus; sed tam-
cum à dominata luxuria liberatus; tamen ne idip-
sum quidem, quod melius in eo factum est, hu-
mano operi tribuerim, sed divino. Et infra: Po-
lemo ergo, si ex luxurioso continens, factus ita sci-
ret, cuius esset hoc donum, & eum abjectis super-
stitionibus gentium piè coleret, non solum conti-
nens; sed etiam veracius sapiens & salubriter
religiosus existaret, quod ei non tantum ad praes-
tis vita honestatem, verum & ad futura immorta-
litatem valerer. Præterea adducet Smising, quod
doct Aug. lib. 4. contra Julianum cap. 3. scie-
lit in impiis esse qualiter virtutes morales
ex divina gratia auxilio, ibi: Ex quo collig-
tur, etiam ipsa bona opera, qua faciunt infideles,
non ipsorum esse, sed illius, qui bene uitit malis.
Et ita lib. 1. de Bapt. cap. 8. & lib. 4. cap. 21.
& Epist. 57. quæst. 2. & lib. 1. ad Simplic.
quæst. 2. Dei donum vocat virtutem miseri-
cordiam Cornel. Cenur. quem ante Petri
prædicationem, infidelem fuisse & solà natu-
rali justitiæ ac virtute prædictum, in operibus
misericordia se exerceuisse aliquando signifi-
care viderit. Et quæst. 1. in Exod. & lib.
contra Mendac. cap. 15. & 16. laudabilem, &
præmio temporali divinitus remuneratan-
fuisse docet misericordiam obstetricum Æ-
gyptiarum erga infantes Hebræorum, & Rahab
meretrices erga exploratores Iudaïtas. Hucul-
que Smising, paucis immutatis.

18.

*Quomodo Aug. intel- ligendus, quando-
detur op- positi-
tum di- cere.*

Et prosequitur dicens: Unde quandò ait
(Aug.) non esse veras virtutes, quæ non pro-
ficiunt ad beatitudinem: item, virtutem esse a-
morem summi boni; ac denique opus, quod
non est ex charitate, virtutem esse, benigne-
interpretandus est, ut primo, & secundo lo-
quendi modo significet, virtutes Christianas,
sive virtutes morales, ut ad vitæ Christianæ
perfectionem pertinent; tertio autem loquen-
di modo virtutem appellat, quod, licet in se vi-
tiosum non sit, non tamen reddit hominem
simpliciter rectum & virtuosum; quia non tol-
lit statum peccati, nec justificat impium, nisi
charitas. Cautus igitur hoc pacto interpretan-
dæ, non imitandas sunt illæ locutiones B. Aug.
ne quis incidat in illam propositionem Bajæ à
Pio V. & Greg. XIII. damnatam: *Omnia opera
infidelium sunt peccata, & virtutes Philosoporum*

*Alli Patres sunt vitia. Atque alli quidem Patres melius lo-
cuti sunt, distinguentes virtutem à virtute,
quatenus pertinente ad justitiam Christianam,
& meritorum vitæ æternæ, & illam priorem, et
iam in infidelibus agnoscentes, ut videtur est
apud Chrysost. Homil. de Fide & lege naturæ
Tom. 3. & Homil. 67. ad populum, Auctorem
Oper. imperfici in Matth. Homil. 26. Hier.
in cap. 29. Ezech. & in cap. 1. & 5. ad Galat.
Prosp. lib. contra Collatorem cap. 26. & 28.
Fulg. lib. de Incar. cap. 26. & Alios. Haec tenus
Theod. Vide me P. 1., Theol. Sacram. Sect. 2.
Conclus. 1. Itaque D. Aug. nec doctrinæ Smis-
ing oppositior, neque nostra Conclus. sed
rectè constituit illa Philosophi doctrina, ad vir-
tutem moralēm requiri, ut inclinet in hone-*

*Aug. non
opponitur
nostra Con-
clus.*

rum morale propter ipsum. Ex qua doctiss.
(inquit præfatus Auctor sup.) deducebamus,
moralem virtutem fortitudinis, & temperantiae,
propriè non esse in Deo; quia hæc velit hon-
estum morale, non tamen propter ipsum. Si
ille.

Sed nunquid bene deducebaris? Hoc est,
quod queritur, & jam ostendimus, quod non
quia Deus vult nobis honestum morale, etiam
propter ipsum. Audite Felicem de Volumen
Dei c. 7. diff. 1. n. 2. Cum (inquit) Deus semper
per necessarium se diligat, & omnia propter se
ipsum operetur, ego sic intelligo virtutes in
Deo, sicut quando homo patitur Martyrium
propter Deum, & quando sublevat miseriam
pauperis propter Deum, elicit actus fortitudi-
nis, & misericordia, specie distinctiora quan-
dò Deus sublevat miseriam pauperis propter
seipsum, & simul punit peccatores, etiam propter
seipsum, duos elicit actus virtutum more-
lium, nempe misericordia, & justitiae. Rursus
vult homo unico actu consequi aliquem finem
per unum medium, & postea alio actu vult
consequi eundem finem per aliud medium
specie diversum à primo, isti sunt duo actus
specie diversi; nam quævis videantur solum
materialiter diversi, sufficit ut specie distin-
guantur; sicut duo homines essent species di-
versi, si unus haberet materiali primam subli-
narem, & alter materiali exælestem; nam gen-
us sumitur à materia, & differentia à forma;
sed à tota entitate resultante ex materia &
forma sumitur utrumque, & consequenter spe-
cificatio rei. Sic Deus vult se ut finem, & ut in
dicam, consequendum per elevationem peccato-
rum, & per sublevationem miserorum, qui
actus sunt & misericordia, & justitia, specie
distincti. Ita Felix. Si dixeris: quod hi actus
erunt charitatis formaliter, & materialiter justi-
tia, & misericordia. Responder; concedendo,
unam virtutem respectu alterius habere (e me
materialiter, v.g. actum imperatur respectu impe-
rantiæ, tamen actus imperatus in se formaliter
est actus justitiae, vel misericordia. Sicille.
Planè pro nostra Conclus. quam licet Scorsus
non doceat absolute tenetam; attamen, ut sup.
vidimus, in terminis asserit posse sustinere. Ac
que adeo, ut notat Poncius sup. quotiescumque
aliqua virtus attribuitur Deo, aut à Scriptura,
aut à Patribus, id intelligentum est de vir-
tute tali in propria significatione, nisi ex ratio-
ne particulari talis virtutis involveret aliquam
imperfectionem, ob quam non posset poniri
Deo, si enim talem involveret, illa loca, quibus
significaretur, eam in Deo reperiiri, intelligi de-
berent de tali virtute non formaliter accepta,
sed materialiter, aut æquivalenter. Quædam au-
tem sit talis virtus, patebit ex dicendis.

De temperantia, & penitentia, certum est
Deum non posse exercere (inquit idem Au-
tor n. 31.) actus præcipios illarum virtutum,
qui sunt illi, quibus quis doler de peccatis à le-
gi commissis, & vult mediocritatem servare in ci-
bo, ac potu, non obstante inclinatione partis
sensitiva.

sensitivæ ad excedendum, aut deficiendum ab eo, quod iustum est. Nec minus certum est, quod Deus possit diligere honestatem illarum virtutum, & desiderare, ut alii eam ament, ac sibi procerent, & hoc ob ipsammet perfectiōnem illius honestatis, quare si ille amor, & desiderium sit actus pœnitentia, & temperantia, ut videtur esse; cum nihil impedit, & respiciat objectum particulare illarum virtutum; dicendum quod in Deo sit virtus temperantia & pœnitentia, quoad aliquos actus, & consequenter, nulla est virtus moralis, quam non possit exercere quoad aliquos actus. Ita Poncetus. Si inferas: ergo etiam in Deo est spes respectu nostræ gloriae. Respondet Felix de Virtut. c. 2. diffic. 2 n. 5, neg. Consequentiā: nam (inquit) etiam si desideret nobis gloriam, ut bonum nobis est, non invenio, quo modo sit Deo ardua, quod requiritur ad spem. Sic ille. Sed enim, quæro ego, quidni sufficiat, ut nobis sit ardua? Cur illud velle non sit aliquis actus spesi in Deo, sicut velle nobis temperantia, est in Deo aliquis actus temperantia? Sanè neque objectum temperantia est Deo difficile, quod tamen videtur requiri, ut quis formalissime exerceat actum temperantia. Respondet: Difficultas in objecto temperantia, non est per se conditio, ut patet in illo, qui maxime habituatus, sine ulla difficultate exerceat formalissime actum temperantia, neque excedendo, neque deficiendo in eis. v. g. & potu. At vero arduitas, estò non sit ratio formalis objecti spesi, equidem est per se conditio. Planè, sed ad præcipuum actum spesi, quem non ponimus in Deo, sed querimus, quare arduitas in nobis non sufficiat, ut velle actum spesi, propter specialem ejus honestatem, possit dici in Deo aliquis actus spesi, sicut velle temperantia, est aliquis actus temperantia.

21. Tu cogita disparitetem, & transi mecum ad ^{de johanne} aliam virtutem, scilicet justitiam, de qua licet ^{proprie-} confiteri per supradicta, quod possit esse in Deo quod aliquos actus minus principales; equidem disputatur, an sit in ea quoad principales actus, & difficultas est de justitia propriè dicta, quæ quis reddit evique, quod suum est, quod si non reddidisset, faceret ipsa injuriam. Hæc est nostra resolutio,

CONCLVSIO II.

Exerceret Deus actū justitiae commutativæ, dando vitam æternā merentibus eam de condigno: & cum exerceret, si postquam promitteret dare mihi 100. nummos, si ego dedissem tot alicui alteri homini, cui aliás ego dare non tenerer, eos daret.

22. **S**mis. 3. disp. 4. n. 55. veram existimat sententiam, que docet, omnem justitiam specialem propriè dictam, ex sua specifica ratione imper-

fectionem involvere, ob quam non possit esse formaliter in Deo. Quod primò (inquit) ostendendum est ex objecto, ac munere justitiae ut Smis. 3. veram ext. simar fer-
tum, & deinde, ex peculiari objecto, & munere ju- teniam ne-
stitia commutativa, distributiva, ac vindicativa, gamem.

quæ numerari solent species justitiae ut sic. Prius Quod si
mum ergo, quod ad communem propriè dictæ objectum
justitiae rationem attinet, illius objectum est, jus justitiae
alterius; & munus ejus est, reddere alteri jus propriè di-
ctum.

smis. debet autem intelligi de jure strictè sum-
pro, & de reditione talis juris ad æqualitatem;

alijs non distingueretur justitia propriè dicta à fidelitate, & alijs virtutibus justitiae annexis, quæ etiam aliquale jus respiciunt, & illud suo modo alteri reddunt, ut patet. Juris autem correlati-
vum est debitum; adeòque juris strictè sumptu

correlativum est debitum strictè sumptu. Quo fit, ut justitia propriè dicta, ex sua essentiali ratione in illo, in quo est, debitum strictè sumptu

sumptu, & in altero, ad quem est, jus strictè sumptu supponat. Unde si in Deo non potest esse debitum strictè sumptu respectu crea-
turæ, nec creatura vindicabit sibi jus strictè sumptu

in Deum, ac per consequens, non erit for- maliter in Deo justitia specialis propriè dicta respectu creaturæ. Hucusque Theod. Porro

An Deo
possit com-
petere
debitum bri-
tann. Respe-
ctu crea-
turæ.

non posse Deo competere debitum strictè sumptu respectu creaturæ, probat; tum auctoritate

Patrum, tum veterum Scholasticorum, nec non ex ratione, acsi res foret magni momenti, cum tamen, ut notat Poncetus sup. num. 31. in fine,

qæstio penitus sit de nomine; adeòque non mereatur tantum laboris, quantum aliqui in ea discutienda impenderunt. Benè de similibus qæstionibus dixit D. Aug. 9. de Civit. cap. 4.

Verborum certamini, non rerum examini de-
putandas esse.

23.

Omnis unanimiter agnoscunt aliquod debitum in Deo dandi vitam æternam merentibus eam de condigno, dicatur fidelitatis, dicatur justitiae propriè dicta, & commutativa, quid plus vel minus inde proveniet homini begè operanti usque in finem? Nihil prorsus. Citantur Sancti Patres pro utraque opinione, seu locutiones: ac consimiliter Scholastici veteres. Utraque ha-
bet suas rationes probabiles, quid ultra querimur? An foris Scriptura magis favet uni, quam alteri? Smis. sup. vocat suam sententiam, seu lo-
cationem, communem; Poncetus nostram Concl. quæ & ipsius est in terminis sup. num. 32. appella communiorē; quæ etiam est Felicis tr. de Grat. c. 7. diff. 6. n. 18. & colligitur ex Scoto (ut ipse putat) diversis locis, quæ infe-
rius addueamus. Nuac probatur Concl. Primò ex Scrip. ad Hebr. 6. v. 10. Non enim injustus Probatio
Deus, ut obliviscatur operis vestri. 2. Timoth. 4. Concl. ex
v. 8. In reliquo reposita est mibi corona justitiae, Script.

quam reddit mihi Dominus in illa die justus judex. Rom. 4. vers. 4. Si qui operatur, merces non imputatur secundum gratiam, sed secundum de-
bitum. Matth. 20. vers. 4. Ite & vos in vi-
neam meam, & quod iustum fuerit, dabo vobis. Ubi etiam additur v. 14. Tolle, quod traum est,
quo significatur, præmium datum fuisse

labor-